INCVNABVLA
Qu 388

GW. 8154
(Wist. 152) Oprawiono w r. 1935

V
B J
C

Inc. 388

P. IV. 16. a. = Inc. 2719
b. = Inc. 388
c. = Inc. 51

Philologia

Lingua latina.

Incun. 388

Dati (Augustini): De arte dicendi ac variis loquendi figuris.

Impr. Lyptzck per wolfgangum monacensem. 1497.

Hain Repert. bibl. N. 6011.

180.

# Clariſſimi ac preſtantiſſi
mi Philoſophie doctoris Auguſtini Dati Senen
ſis de arte dicendi ac varijs loquendi figuris ad An
dream Senenſem Iſagogicus libellus minor. ſiue
Nouus a nonnullis inticulatus.



Bibl. Jag.

ſ J quis id operis diligens examinator inſpi
tiat hoc mente ſecum facile cogitabit.ꝙ non
parum in ſe habet fructus copia dicẽdi ⁊ cõ
moditas orõis.ſi recta intelligentia ac determinata animi
moderatione gubernetur. Quas ob res illa que ceteri ina
nis arrogãtie cã ſibi aſſumpſere relinqmus. Nã ille ne pa
rũ multa ſciſſe viderent ea cõquiſierũt que nihil attinebãt.
vt ars difficilior cognitu putaret. Nos ꝟo ea que ad ratio
nem dicendi pertinere videbant ſumpſimus. Non eñ ſpe
queſtus aut gloria moti ad ſcribendũ venimus.ſed vt indu
ſtria nr̃a ſtudioſorũ volũtatibus morem geram⁹. Nũc ne
nimiũ ſumat oratio longa de re dicere incipiemus. Si id
vnũ ſtudioſos monuerim⁹ artẽ ſine aſſiduitate dicẽdi nõ
multũ iuuare vt intelligãt hanc rõnem ꝓceptõis ad exerci
tationẽ cõmodari oportere. Tribus eñ hãc artem ꝯſequi
poterimus.arte.imitatiõe.et exercitatione. Exercitatio eſt
aſſiduus vſus ꝯſuetudo dicendi. Imitatio eſt qua impelli
mur cum rõne.vt aliquorũ in dicẽdo ſimiles eſſe velimus.
Ars eſt ꝓceptio que dat certã viam rationẽqꝫ dicẽdi. Jdo
etiam pñs opuſculum in binas ꝑtes haud iniuria diuiſum
eſſe videtur.cuius prima pars quemadmodum grãmatica

BIBLIOTHECA VNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS

oratio queuis naturali ordine ſtructa exacte ꝑpolite elegan
ter et cõfici et cõponi debeat luce clarius edocebit. quibuſ
dam dictionibus ac oratiõibus adiectis que apud Mar
cum Tulliũ ceteroſq; maiores noſtros eloquẽtia ꝯfertos
magis vſurpate fuere. Ut quidnam ſignificẽt quoue pacto
in oratõibus et epiſtolis locari debeant dilucide cuiq; cla
reſcat. Deinde eadem in pte colores et verborũ ⁊ ſententia
rũ frequentius vſu venientes adiungent quibus ſine elo
quẽtiſſimus euadere nullus p̄t. Scđa huius opuſculi ps
aliquid nõ minus oratori neceſſariũ ac cõducens ꝯtinebit
quo videlicet mõ dictaminũ ptes diſtinguant. quid proſe
quendũ vitandumue in eis ſit. quoue more prompte et fa
cile formari pñt. clare patebit. His ptibus binis abſolutis
quilibet eis eruditus ſi exercitationi materiã accõmodarit
cuiq; volet epiſtolã pulcerrimã conficere poſſe ſeſe noſcet
facillime. Preterea ne rhetorice dignitatẽ et excellentiã ſi
lentio p̄tereamus. Marci Cice. teſtimoniũ afferamus in
primo de oratore ita inquientis. Quid eſt enĩ tam admira
bile ꝙ ex infinita multitudine hoĩm vnũ exiſtere qui id qđ
omnibus natura datũ ſit. vel ſolus. vel cũ ꝑpaucis facere
poſſit. aut tam iocundũ cognĩtu atq; auditu ꝙ ex ſapiẽtiſſi

mis ſententijs grauibuſqȝ verbis exornata oratio atqȝ po
lita. aut quid eſſe pt̄ in otio iucundius q̄ȝ ſermo facetus et
nulla in re rudis. Hoc em̄ preſtamus vel maxime feris q̄
colloquamur inter nos ⁊ exprimere ſenſata poſſumus. Ob
quā rem quis hoc iure mireť ſummeqȝ in eo laborandū eſſe
arbitretur vt quo vno hoīes maxime beſtijs p̄ſtent in hoc
hoībus ipſis antecellat arte ⁊ vſu que oīm magiſtrorū pre
cepta ſupat. Ac ne plura que pene ſtȝ innumerabilia ꝯſecte
mur breui cōprehendamus. Sic em̄ ſtatuamus p̄fecti ora
toris moderatōe et ſapiētia non ſolū ipſius dignitatē. ſed
et priuatorū et plurimorū et vniuerſe reipu. ſalutem maxi-
me contineri. Qua de cauſa pergite vt facite adoleſcentuli
atqȝ in id ſtudiū in quo eſtis incumbite. vt ⁊ vobis honori
et amicis vtilitati. toti qȝ reipu. emolimento eſſe poſſitis.

p Rime ſiquidem p̄tis ita initiū ſumamus. Cōſi
derātes quas res habere debeat elocutio cōmo
da ⁊ p̄fecta q̄ maxime oratori accōmodata eſt. Tres enim
res in ſe habere debet. elegantiā. cōpoſitionē. dignitatem.
Elegantia eſt que facit vt vnūquodqȝ pure ⁊ apte dici vi-
deatur. Hec diſtribuiť in latinitatē et explanationem. La
tinitas eſt q̄ ſermonē purū ꝯſeruat ab omni vitio remotū

Uitia in ſermone quo minus is latinus ſit duo pñt eſſe.
ſoloeciſmus et barbariſmus. Soloeciſmus eſt cū in ver-
bis pluribus conſequēs verbū ſuperiori nō accōmodatur.
Barbariſmus eſt cū verbū aliqđ vitioſe effertur. Hec qua
ratione vitare poſſimus. in arte grāmatica dilucide diſce-
mus. Explanatio eſt que reddit apertā et dilucidā orōem
Ea cōparatur duobus modis vſitatis verbis et proprijs.
Uſitata ſūt ea que verſant in ſermone et cōſuetudine quot-
tidiana. Propria que eius rei verba ſūt aut eſſe pñt. de qua
re loquimur. Compoſitio eſt que facit omēs ꝑtes orationis
equaliter ꝑpolitas. Ea ꝯſeruabit ſi fugiemus crebras vo-
caliū concurſiones. que vaſtam atq; hiantem orōem red-
dunt. vt hec eſt. Bacce Enee amenissime impendebāt. Et
ſi vitabimus eiuſdem lr̄e nimiā aſſiduitatē. Cui vitio ver
ſus hic q̄dem erit exemplo. Nam hic nihil ꝓhibet alienis
exemplis vti. O tite tute dati tibi tāta tyranne tuliſti. Et
hoc eiuſdem poete. Quicq; quiſq; quenq; vſq; cōueniat ne
get. Et ſi eiuſdem ỽbi nimiā aſſiduitatē fugiemus eiuſmo
di. Nam cuius rōnis ratio non eſt fidem habere et ſi non
vtemur cōuenienter ſimiliter cadentibus verbis. Hoc mō
Flentes plorantes lacrimātes obteſtantes. Et ſi ỽborum

tranſiectionem vitabimus. niſi que erit cõcinna. Quo in vitio eſt Ceciliꝰ aſſiduus. Itẽ fugere oportet longã verborũ cõtinuationẽ. que et auditoris aures et oratoris ſpiritũ ledit. His vitijs in cõpoſitõe vitatis reliquũ opis ꝯſumendũ eſt in dignitate. Dignitas eſt q̃ reddit ornatam orõem et varietatẽ diſtinguit. Hec in verborũ et ſententiarũ exornationẽ diuidit. Verborũ exornatio eſt q̃ ipſius ſermonis inſignita cõtinet ꝑpolitõe. Sententiarũ exornatio eſt que nõ in verbis ſed in ipſis rebus quãdam habet dignitatẽ. Hec de primo ſatis. ¶ Sequẽtis id ꝑcepti ſe offert notatu digniſſimũ. ꝙ videlicet plena oratio in grãmatica tribꝰ conſtat ꝑtibus. ſuppoſito ſcʒ. verbo ⁊ appoſito. que partes oratorũ more ſic ordinãtur. vt appoſitũ principio. ſuppoſitũ medio. verbũ vero fine perq̃ venuſte locetur. grãmatici contra quodãmodo fatiunt. Dicunt ergo grãmatici. Scipio africanus deleuit cartaginem. Oratores vero potius ſic. Cartaginem Scipio africanus deleuit. Mar. Ci. vtit familiariter publio lentulo. grãmaticus ait. Orator cõuerſo ordine ſic. Publio Lentulo Mar. Ci. familiariter vtitur. His exemplis patere arbitramur quẽadmodum plena oratio ſuam ſtructuram, et ſi non ſemper. ſepiſſimũ apud

oratores habere debet. ¶ Nec illud te fugiat huius artis cupidum ꝙ aduerbiū ſuā ꝫ ſtructionem ante verbū ſepenu mero tenebit. niſi ſit excellēs vtputa compatiuū vel ſuper latiuū. tunc eñi poſt verbum locari poteſt. Huius precepti hoc ſit exemplum. Que mihi diligenter mandaſti facere cu raui ſtudioſiſſime. Hac de re ſatis eſt. ¶ Illud etiā nequa ꝙ̄ te lateat. ꝙ ꝑpoſitio trifarie conſtrui ꝓbelle poteſt. Uno nempe modo ſi eius caſuale ex adiectiuo et ſubſtantiuo ſit aggregatū. tunc prepoſitio ipſa interijciatur. vt maximas ad res hoc conducit. Ornatiſſimo in loco ſpaciati ſumus Itē Juſtis de cauſis hereticorū genus eradicandū appro bat. Scdo ꝙ ꝑpoſitio ſuo caſuali poſtponatur. vt Illud eſt negotiū quo de multꝫ in locis iudicatū eſt. Itē Hic eſt quo cum ſotietas erat mihi maxima. Tertio ꝙ prepoſitio vna cū ſuo caſuali inter adiectiuū ⁊ ſubſtantiuū locetur. vt Maximā in rep. diligentiam habeto. Itē Incredibilis in oēs ciues obſeruātia. Itē Summū in rhetorica ſtudiū fa ciendum eſt. Conſimilia ipſe adijcito. ¶ Eodem ferme pa cto agendū fuerit. qñ genitiuus cū pluralibus nominibus ꝯſtruat. in medio aptius locetur. vt Oīa reip. iura inuiola tiſſime ſeruari debēt. Itē Inania ſcelratorū hoīm flagitia

Econtra noiatiuus genitiuis interponi pt. vt huius lōgi tudo viri. huius auctoritas loci plurimū valet. Hec transpositio haud parum ornatus affert. At plerunq; adiectiuū nomē ſubſtantiuū venuſte pcedit. vt tua dignitas. optima virtus. diuinū ingeniū. ¶ Id etiam ne omittamus quin cognitu fiat apertū q oratio perfecta non ſolū ſemp in calce locatū habebit. de quo in ſcdo precepto dictū fuit. Uerum etiā ſignū aliqd vniuerſale vel affirmatiuū vel negatiuum aut etiā aliquid excellens vt puta nomen vel aduerbiū cōparatiuū in fine locari poteſt oratiōe perfecta conſumpta. De ſigno vniuerſali illud tibi ſit exemplo. Te cariorē habeo neminem. Itē Que mihi precepiſti feci oia. ¶ De ſuplatiuo. Longe aliorū Ariſtotiles euaſit ſapiētiſſimus. Et ita de ceteris. ¶ De compatiuo. Pauco tpe petrus factus eſt eloquētior. ¶ Relatiui aūt ɔſtructio q tum facilis tum ornatū afferens haud quenq; fugiet. Hoc aūt eius preceptū eſt vt ipm relatm̄ vbi cōuenienter fieri pt initio ſermonis adaptetur. hoc pacto. Quod tibi ſit beneplacito quin agam ſcio nihil. Etiā hoc vſurpāt oratores vt ipm antecedens ſuo relatiuo concordet cū eo. cū ſuo vbo vel adiectiuis cōueniēte. vt quas mihi miſiſti litteras fuere ſuauiſſime.

Item quas tecum peperi amicicias mihi fuere gratiſſime.
¶ Quid. Nonne perbellum fuerit ſi loco gerūdij alicuius
nomine gerundiuo vtamur. Hoc pacto. Ueni cauſa legen
di librum. ornatius multo dicitur. legendi libri cauſa veni.
Aliud exemplum. Ueni gratia geren di bella. ornatius dici
tur. gerendoꝝ belloꝝ gratia veni. Item ibo ad audiendum
miſſam. venuſtius effertur. ad audiendam miſſam ibo. Pro
cōficiendo epiſtolas hāc materiā memoꝛie pꝛodidi. pulchꝛi
us ita locetur. Pꝛo cōficiendis epiſtolis. At in dum gerun
dio prepoſita prepoſitio inter admodum honeſte locari ha
bet. Et fere ſignificatum pꝛeteriti imperfecti cōiunctiui pre
poſita dum dictione habere ſolet. vt inter cenandum hec
accepi id eſt dum cenarem. Inter currendum lucratus fui.
id eſt dum currerē lucratus fui. maxima letitia inter legen
dum affectus fui. Gerundium vero in do aptius pꝛincipio
ꝙ̄ fini adaptetur. hoc mō. In cātando decipitur ſerpens.
Studendo vir illuſtrioꝛ euadere pōt. ¶ Id ꝟo annotatu
digniſſimū eſt. vt cum poſitiua exaugere velimus his ꝑ pre
poſitum aut perꝙ̄ in pꝛimis appꝛime aduerbium accedat.
hoc modo. Carus eque ſis et periocundus vt ſoles. item
viri virtute perꝙ̄ fulgidi p̄ ceteris impꝛimis honoꝛe digni

eſſe noſcuntur. item id apprime vtile eſt in vita ne quid ni mis. Cōparatiuo aūt et ſuplatiuo haud incōmode multo vel longe aduerbiū preponitur. vt iuſticia alijs virtutibus multo preclarior exiſtit. Aliud Marcus cicero pre ceteris longe eloquētiſſimus euaſit. Sed nunc ad reliqua. Cum aliquid nobis cōmodum. vtile. delectabile. iucundumue eſſe oſtēdere voluerimus tūc datiuus abſtractorum illorum adiecti uorum cū verbo ſubſtātiuo ſum es eſt cōuenietiſſime vtemur.

E orationibus cōmunioribus apud oratores vſurpatis haud minus eſt cōſideratu cōgruū quod queque laude vel vituperio affici trifariā cōperimus. Si eīm vellē oſtendere Marcū habere magnā virtutē. cum verbo ſubſtantiuo ſum eſt cōmodiſſime fiat. vt. M. cato eſt mag ne virtutis. M. cato ē magnus virtute. M. cato eſt magna virtute. et hoc poſtremū ſplendidiſſimū eſt. ¶ Hāc rem aio vel mente cōplector eſt conſidero hanc rem. ¶ Eodem mō rationē habere id eſt cōſiderare. vt huius loci cōſideratio nē habeo. huius temporis rationē habeo. ¶ In animo eſt. ſignificat In aīo habeo. Animus mihi eſt ſignificat volo. Certū mihi. eſt deliberaui vel decreui. ¶ Proſequor te ho nore eſt honoro te. Aliud. Proſequor te laude eſt laudo te.

Et ita in alijs. ❡ Conſequor verbis.eſt exprimo verbis.
❡ Do hanc rem vicio.i.vitupero hãc rem. Do hãc rem cri
mini.i.criminor hanc rem.❡ Ire in caſtra ita ornatius ex
preſſatur. M.cato caſtra petiuit.in caſtra ꝓfectus eſt.ſe ad
caſtra cõtulit.ſe in caſtra recepit.❡ Inſuꝑ haud illepide fit
interpoſita nõnũq̃ parentheſi. Uerbi grã. Dediſti ad me
(que ſumma eſt voluptas)ſuauiſſimas lrãs. Item oẽs tuos
amicos (vt tuis litteris mandaſti) plurimum admiraris.
❡ Similiter endiadis nõ parũ oratori cõducit. Hoc pac
to. Uirtutem et virum laudibus ꝓſequi nitor.i. virtuoſum
virum laudo. Item arma virumq̃ cano.i. armatũ virum.
Aliud. Uirtuteſq̃ viros aut tanti incendia belli. ❡ Opere
precium eſſe ſignificat mõ eſſe vtile.mõ neceſſarium.modo
iocundum. Et id totũ veteres vſurpant. ❡ Uiginti annos
habet ita cõmodiſſime effertur.vigeſimum annum agit vel
degit. Uiginti annos natus vel nactus eſt. Si vero nume
rus fuerit cõpoſitus.minorẽ numerũ preponemus.vt vnũ
et viginti annos natus eſt. Sed hec tute facile intelligis.
❡ Cicero laborat in eloquentia ita ornatui accõmadatur.
Operam in eloquẽtia cicero cõſumit. Tempus in eloquẽ
tia cõterit. In ſtudium incũbit eloquentia. ❡ Habeo hanc

rem in memoria.nõ minus ornate dicitur.teneo hanc rem
memoria. Huius rei memoriam habeo. Obliuio vero tali
pacto exprimit. Huius rei me cepit obliuio. ¶ Excellentia
admodum pulcre exprimitur per preter vel pre cuꝫ ſuis ca
ſualibus.vt Ceſar pre ceteris bellicis rebus pollebat. Jo
hannes preter ceteros virtute valuit.i.vltra ceteros. ¶ De
vagis moribus exprimendis. Joannes leti ingenio natus
eſt.moribꝰ facillimis.triſti ingenio. Et ita de reliqͥs. Aliud
Tu adhibes mihi fidem.ornatiori efferetur eloquio. Eſt
mihi apud te fides. Qđ eſt accuratius. Nam plerũqꝫ ſum
es eſt datiuo iunctũ ſignificat habere ⁊ quodãmodo poſſi
dere.vt Eſt mihi peccunia.i.habeo peccuniã. Eſt tibi ſum-
mus honor.i.habes ſummũ honorẽ. Eſt mihi tecũ amici-
tia. Unde Uirgilius in.i. Eneiđ. Sunt mihi bis ſeptem
p̄ſtanti corp̄e nymphe. ¶ De amicitia exprimẽda. Tu mihi
familiarꝫ es. Ego te vtor familiariter. Ego te amico vtor
¶ Certiorem facere.eſt ſignificare. ¶ Morem gerere eſt cõ
placere. ¶ Ex ſententia eſt ſꝫm volũtatem. ¶ Inferre iniu-
riam.eſt iniuriã facere. ¶ Dare veniã.eſt ignoſcere ⁊ licen-
tiã dare. ¶ Iniens etas.adoleſcentiã pulcerrime ſignificat
¶ Ferire fedus.eſt fedus cõponere. ¶ Preſeferre eſt verbis

aut inditijs aliquid oſtendere.vt Hilaritatē Lelius pre ſe fert.id eſt oſtendit. Sed ſepenumero maioris ſignificãtia cauſe ſubiunctiua imperatiuis adduntur.qđ Cicero ſepe efficere ſolebat.quale eſt illud.Cura vt vir ſis.Fac ſtudeas Effice vt excellas. Licet mihi eſſe bonũ virũ.vel bono viro.vtrũq; vſitate dr.Sed poſtremũ magis oratoriũ eſt.

## De dictionibus ab eloquentiſſimis viris magis vſitatis. et primũ de nominibus.

O Pus perpulcre cũ ablatiuo et dtõ conſtruitur. vt opus eſt mihi tua dignitate.opus ē mihi tua peccunia.Quid nõne illud notatu digniſſimũ fuerit.vt cuz duo noĩa fuerint.adiectiuũ videlicet et ſubſtantiuũ.adiectiuũ in neutram vocem transferamus.ſubſtantiuũ vero gtõ caſu locemus.hoc pacto.Cum dicere voluero. Multam virtutē.dicam ornatius.multũ virtutis.multa laus.honeſtius dicit.multũ laudis.Sed id aĩaduertendũ ſi gtũs ille ſingularis fuerit totã item orationē ſingulariter exponere debemus.ſi pluralis pluraliter.vt id doctorũ.eſt ea dicta.multũ peccunie.multe peccunie eſt.¶Si cuiq; poſitiuo adiungatur negatio.cõtrarij poſitiui vim ac ſignificationē tenet.Cuius rei exempla ſubijciã. Uir iſte haud illepido ſer

mone dictū ſuū ꝯſecutus eſt. Nō inepte nobis corā petrus apparuit. ¶ Mun⁹ ornatiſſime ponit̃ ꝑ officio. vt hoc ami ci munus ē. ¶ Sz ꝛ ꝑtes dictio pluraliter capta ꝯſimilē hꝫ significatōm. Ut queadmodū mee ꝑtes ſtꝫ vobis ſepiſſimū ſeruire volo. ¶ Res nomē latū vſitatū diffuſumqꝫ eſt. ꝭ eo pulcherrime vtimur cū poſſeſſiuis noibus. Hoc mō. Res dōeſtica. res vxoria. res familiarꝫ. Et ita de ceteris. ¶ Grā dior natu vel maior natu ornatiſſime ſeniorē ſignificat. Re liquū eſt et reſtat magno cū ornatu idē ſignificāt. vt cū diui tie ſint copioſiſſime bonorūqꝫ cumulatus reliquū eſt vt mori bus optimis vtare. ¶ Rumor eſt qd vulgo cognitū eſt or natus ſermo eſt. Terentius. Rumor eſt meū natū amare. ¶ Nullus. a. um. nonnūqꝫ ſumit̃ pro nō. ꝑſertim ſum es eſt ꝟbo adiuncto. vt. R. p. noſtris temporibus nulla eſt. i. non eſt. Aliud. Qui vicia penit⁹ effugere poſſit nullus ē. ¶ Tā tus et quātus ſic ſe hñt. vt raro alterum ſine altero in ora tione ponat̃. vt penſio iſta tāta eſt quāta ante hac nūqꝫ fuit. ¶ Talis et qualis eo pacto ſe hñt. vt alterū creberrime po nat̃. vtrūqꝫ raro. vt talē ſolemus ſentire virū optimū et ſub intelligimus qualē diximus. Orator eſt illuſtris qualis nul lus reperit̃. ¶ Licet tam grāmatice qꝫ oratorie genitiuos

quorūcunqꝫ caſualium cum poſſeſſiuis quouis caſu prola
tis cōiunctione mediante coniungere. vt veni cauſa tua et
fratris. Filiū meū ⁊ katherine diligo. Et ita eſt de ceteris
caſibus. ¶ Ex quo de poſſeſſione pauliſper locuti ſumus
nō fugiet quenqꝫ differentia que eſt inter gtōs primitiui ⁊
poſſeſſiui. Mei tui ſui noſtri et veſtri. quā tandem Priſtia
nus grāmaticus pulcerrime attingit. Uox nanqꝫ eadem eſt
vis vero longe diuerſa. cum gtūs primitiui ſimplicem poſ
ſeſſionem importat. et cum ſubſtantiuo cuiuſlibet numeri
vel caſus cōſtruatur. poſſeſſiui ꝟo gtūs duplicem poſſeſſio
nem importat. ſcꝫ ⁊ cum ſubſtantiuo nō niſi ſub cōuenien
tia cōſtruat. Huius rei illud ſit exemplū. Mei amicus. eſt
meus amicus. Sed mei filij amicus duplicē habet poſſeſſi
onem. Alteram meaꝫ in filio. Alterā filij in amico. Hec eo
ſubijcimus ne dum ortū inquirimus verborū vim ipſos
ignoremus. atqꝫ in errorem quēpiam imprudentes incida
mus. ¶ Sil'is et plenus noīa quorū prius datiuo. poſteri
us ablatiuo iūgitur. oratores vt plurimū ac fere ſemꝑ gtō
iungunt. hoc pacto. Tuorū maiorum in dicendo ſimilli
mus eſſe voles. Dignitatis vel offitij plenus es. Nonun
qꝫ vero ſed rariſſime ſuperioribus etiā caſibus iunguntur

Cũ vero de duobus quodāmodo oppoſitis mentionē fece rimus. qđ pſtantius eſt preponat. vt vir et mulier. vtus et vitiũ. aurũ et argentũ. iuſtitia et iniuſtitia. Si vo vt plus ↄmune et minus ↄmune ſeſe habuerint. magis ↄmune pcedat vt aīalia hoies leones azini vitā agunt. Dum aũt plura eidez voluerimus attribuere. quorũ alterũ minus alterũ magis amplectit. qđ vehemētius eſt poſtremo locet. vt iohannes tum doctus eſt. tum etiam virtute p ceteris valet

# De Verbis.

a ffitio verbũ et pulcrũ eſt et late ptʒ. Nam affitio te voluptate. eſt voluptatē tibi offero. Affitio te hōre eſt honoro te. Affitio te laudibus. eſt laudo te. Affitio te vituperio. eſt vitupero te. Et ſic de ceterꝭ. Affitiorq; dolore. eſt doleo. Affitior triſtitia. Latiſſima eſt hui⁹ verbi ſignificatio. Neq; lateat te afficere ſignificare diſponere. vt id Plinij. Uiua vox magis afficit. i. diſponit. ¶ Cōfitior vo abltō iunctũ pro pereo capit. vt cōfitior fame. frigore. etate ↄfectus ſum. ¶ Ceterũ nō ignores extrema ſupina adiectiuis iuncta pſertim plerũq; ornate ſignificare gerũdiua accuſatiui caſus prepoſita ad dictiōe. hoc mō. Res difficilis creditu. i. ad credendũ. Jucundũ cognitu. i. ad ↄgnoſcendũ

Mirabile auditu eſt ad audiendum. Similia ipſe tui inge
nij bonitate conijcito. ¶ Illud etiã nullatenus omiſerimus
q̄ ſubiunctiuus modus ꝓ indicatiuo et illius tpa ꝓ huiuſ⸗
modi tpibus interdũ haud illepide ponuntur vt velim pro
volo. dixerim ꝓ dixi. dixero ꝓ dicã. et ita in alijs hoc atten
to. ¶ Notandũ eſt valeo et polleo vba ablatiuis iuncta or
natam reddunt orationẽ hoc pacto. Aurelius auguſtinus
plurimũ ingenio valuit. M. C. in ciuitate auctoritate ad
modũ pollebat. ¶ Ac clareo et floreo vba eandẽ ferme ra
tionẽ habent. ¶ Preſto et antecello vba tum dtõ tum actõ
pulcherrime iunguntur. ſepiſſimũ tamẽ datiuo hoc modo.
Hoc laude digniſſimum eſt. vt quo vno hõ brutis preſtet
orator ipſe hoĩbus antecellat. ¶ Frequẽtatiua quoq̄ vba
eoꝝ a quibus originẽ habent ſignificationẽ ſepenumero re
tinent ac ꝓ ipſis ponuntur. preſertim ſi qñ verbi aſperitas
vlla cõtingat. vt cõiecto pro coniſcio. lectito ꝓ lego. et ita de
alijs. hoc qñ fiet eruditoꝝ iudicio relinquamus. ¶ Caueo
verbũ et ſi ſepe ſignat ꝓuideo vt ita lege cautũ eſt. poꝛnate
tamẽ actõ iunctũ ꝓ vito vel fugio vſurpant eloquẽtes hoc
pacto. Turpes viri ingenui mores cauent. ¶ Memini ver
bum vſitatius actõ iungit̃ q̄ gtõ. memini platonis ſenten



Bibl. Jag.

tiam. Virgiliꝰ in bucolicis. Numeros memini ſi ꝟba tene
rem. Diſce rationibus ipſe vtare. ¶ Vaco verbum varijs
ſtructionibus ꝑſepe poſitum haud eandem retinet ſignifica
tionis vim. vt vaco huic rei eſt intẽdo huic rei. vaco hac re
eſt vacuus ſum hac re. ¶ Refero hãc rem tibi. eſt narro tibi
refero hanc rem ad ſenatum. eſt pono ad ſenatum. ¶ Eua
do ꝓornate ponitur ꝓ efficior. vt Cicero euaſit eloquẽtiſſi
mus Ariſtotiles ſummus philoſophus euaſit. Fore ver
bum ꝓfuſam hꝫ ſignificationẽ. et eſt idem qđ futurũ eſſe. vt
arbitror te hac in arte nobiliſſimũ fore. ¶ Plurimũ etiam
cõducit nobis intelligere que ſint nominũ differẽtie et ver
borꝝ diſcrimina. Nam ea quoqꝫ res mirũ in modũ exorna
bit. vt ſi quis ſcit ꝗd differũt preſum et interſum inter ſe ver
ba pulcherrime dicet. M. C. publicis negocijs nõ ſolũ in
terfuit ſed etiam prefuit. vñ intereſſe ſignificat comitẽ eſſe
preeſſe vero ducẽ eſſe. ¶ Ego non ſolũ cõfiteor quod eſt ꝑ
vim fateor. verum etiã profiteor id eſt ſponte fateor. Gratu
lor tibi. gaudeo mihi. ¶ Ago gratias quod eſt ꝟbis. refero
gratias qđ eſt re et factis. Habeo gratias qđ eſt in animo.
debeo gratias vbi obligationis vis aliqua cernit̃. ¶ Hec
res mihi cõducit. eſt hęc res mihi vtilis eſt. dono tibi hanc

rem. dicit᷑ ſplendidius dono te hac re. ¶ Fero hāc rem mo
deſte moderate aut equo aio eſt. hanc rē modeſte. vel pacien
ter tolero. Et Cōtra. Fero hāc rē egre. moleſte. grauiter vel
iniquo aio. eſt. Hāc rem nō libēter patioꝛ. ¶ Affero verbū
cōmuniſſimum eſt quo multis in locis vti poſſumus hoc
pacto. Scđa foꝛtuna voluptatem mihi affert. eſt me delec
tat. Aduerſa foꝛtuna affert mihi doloꝛē. eſt facit me dolere.
¶ Interdico tibi hac re et non hāc rem lepidiſſime pꝛofe
rimus Tullius. in. ij. rhetoꝛice. Omnes quibus aqua vel
igni interdictum eſt exules appellantur. ¶ Ille etiam mo
dus optimus eſt vt ſiquis dicturus ſit quempiam habere
honoꝛem vel magiſtratū vt ex noīe honoꝛis eiuſdem et ge
ro idē pulcherrimā cōſtituat oꝛationē hoc pacto. hic eſt ro
me cōſul. hic rome cōſulē ſe gerit. Imperatoꝛē ſe gerit doc
toꝛē. ¶ Cicero his ꝟbis duobus aſſentio et aſſentioꝛ mō
adiectiua mō paſſiua voce eodem cū ſignificato ꝑſepe vtit᷑.
¶ Eodē pacto dicit᷑. Impartio vel impartioꝛ. Itē memo
ro vel memoꝛoꝛ. in ceteris aūt id fit rarius. ¶ Uſu venit oꝛ
natiſſimū eſt ꝓ cōtingit. vſurpare ē frequēti vſu habere vſur
pationē vero frequentē vſum vocat. ¶ Deficio verbum ac
cōſtructū aliq̄d affert oꝛnatus. vt deficit me dies. hec res

me deficit vita ꝙ̄ primum mortales deficit. ¶ Mandare litteris. mandare ſcriptis. mādare litteraꝝ monimentis. eſt ſcribere. ¶ Miſſum facere pro dimittere venuſtum eſt. Ut hanc rem miſſam facio. eſt dimitto. ¶ Accedit pro additur ꝙ̄ vſitatum videri debet. i. ſolet. hoc modo. Ad meas miſerias dolor maximus accedit. i. additur. ¶ Confido verbū alias datiuo alias ablatio et ornatius iungitur hoc more. Confido tua virtute. tua humanitate. tuo conſilio. et ita de alijs. ¶ Credo ꝓ cōmitto ornatiſſimū eſt. Ut mea conſilia ſꝑ tibi credidi. Credo tibi grādem pecuniā. id eſt cōmitto. ¶ Tria ſunt verba que ſibi ordine quodam cōiunguntur. quoꝝ primū leuius eſt diligo. poſtremū admiror. qđ precipuum et vehemens eſt. Et eoꝝ medium obſeruo qđ eſt colo et veneror. vt veſtrā dignitatē diligo. obſeruo. admiror. ¶ Neſcio hāc rem. ornatius eſt ſi dixero. Ignoro. preterit me. fugit me. latet me. huius rei neſcius ſum. ¶ Accipere ꝓ audire, intelligere aut cōgnoſcere perbellum eſt. vt rumoribus accepi quoꝝ eſt incertus auctor. ¶ In ꝟbis tam actionem ꝙ̄ paſſionem ſignificantibus varios exitus cōſiderari oportet. et modo his mō illis vti. Ut fuere pro fuerūt. amauere ꝓ amauerūt. videre ꝓ videris. videbere ꝓ videberis. no

ram pro noueram. triumpharat pro triumphauerat. Sed ne q̄d fiat cōtra grāmatice p̄ceptionem ſolerter ꝓuidendū eſt. ¶ Illud etiā fugiat neminē ꝙ ſi infinitiu⁹ finito verbo addatur. infinitiuus ordine p̄cedat. vt te ad me venire vo-lo. Hac in materia diligentiſſime ſtudere volo. ¶ Preſto ſum. ſignificat vel adſum vel fere appareo. vt p̄ſto fuit mihi ſeru⁹ tuus vrbē ingredienti. ¶ Collocare apud aliquē be-neficiū. eſt beneficiū alicui facere. hoc pacto. Apud Cice-ronem beneficiū plurimū collocaui. ¶ Gratificor tibi hanc rem p̄clare vſurpamus. ¶ Indulgeo eſt operam do. vt Ni-mio ſomno iohēs indulget. Otio indulget. Uino indulget ¶ Verſor verbū in frequētiſſimo eſt veterū ac diſertorū ho-minū vſu. ꝓdiffuſaq; eius verbi ſignificātia. ac varijs poteſt deniq; rōnibus exponi. vt verſor in multarū ſtudio littera-rū. Uirtus circa difficilia verſat̄. hoc eſt. in difficili cōſiſtit. Verſamur in tenebris. eſt fere ſumus in tenebris. Et ſicuti exemplis ſup̄ioribus eſt oſtenſum duos ſibi plerūq; caſus poſtulat. Nam actō iungitur prepoſita inter. aut abltō in p̄cedente. ¶ Ex grāmatici frequentius dicūt. Peto te hanc rem. ornatius. nec minus latine dicit̄. Hanc rem a te peto Id Ci. in epiſtolis plurimū cōſueuit. ¶ Inquam verbum

futuri tp̄is crebro prenſentis preteritiue loco·teſte priſtiano
primo minoris accipimus. Sed alijs in verbis rarius vſu
venit. ¶ Quid Repeto nōne perpulchre ponitur ſiquid et
anteceſſerit. neq̧ accuſatiuus ſolū verum etiam ablatiuus
adiungitur. vt hanc rem memoria repeto. et ſignificat. vt
permulti eſtimant nō quod teneo memoria. ſed potius me
moria voluo et reminiſcor. M. C. in principio de oratore
Cogitanti mihi et vetera memoria repetenti. ¶ Deuincio
verbum perpulchrum in epiſtolis ſepenumero ponitur. et
ſignificat obligo. et deuinctus eſt ſignificat obligatus eſt
vel obnoxius eſt. ¶ Complector verbum perdiffuſum eſt
et exornatum aliquibus tamen adiectis vt amore atq̧ be
niuolentia te complector. ¶ Pario verbum non tam vſu
venit q̄ multum ornatus affert hoc pacto. Fedus. M. cō
ſule nobis partum eſt et honorem et dignitatem noſtre ci
uitatis primus nobis peperit. ¶ Optimum factu fuerit vt
eiſdem aut orationis modis aut verbis ſepe vtamur. Nam
varia plurimum probatur oratio vt ſic veluti quibuſdam
floſculis aſpergatur oratio, vt pro mori diem obire. mortem
appetere animam expirare. vita excedere vita defungi. et vi
ta migrare res humanas deferre, et ita in alijs,

¶ Conor hanc rem pulcherrime dicitur. preſertim ſi diffici lior ſit et ardua ſcz res. vt. C. de oratore. Magnum opus atq̧ arduū canamur. ¶ Id aūt nequaquā pretereamus q̄ oratio infinitiua perq̧ ſepe loco ſubiunctiue ponatur vt vo lo te ad me venire id eſt volo vt venias ad me. Te ad ſtu dium proficiſci volo. Id tamen maximopere cauendum ne quid amphibologie cauſetur.

## De aduerbijs notatu digniſſimum.

On etiā ignorandum q̄ ſi duo aut plura duobus quod perraro vſu venit vni et eidem attribuere ve limus. vtriq̧ tum dictionē aut et preponamus. Exempli cauſa dicā. Gaius lelius vir tum doctus eſt tum probus. ¶ Itē magna eſt in galo leticia et virtus et doctrina. Itē. Cum ad vniuerſitatē tanq̧ ad mercaturam bonarū artiū ſis pfectus inanem redire turpiſſimū eſt dedecorantē et vr bis auctoritatem et magiſtri. Hec Tullius. iij. de officijs. ¶ Satis et parum aduerbia genitiuis iuncta haud parū dignitatis afferunt. vt. Parū pecunie id eſt parua pecunia. Satis viriū. i. ſufficiētes vires. Hec hactenus. ¶ Paſſim id eſt ſcdm ordinem ad modum paſſum. Pedetentim eſt

moroſe vel ſucceſſiue. ¶ Magni.i.multū.ſic Tanti idem eſt quod tantū et ſunt aduerbia. Quanti etiā eſt aduerbiū ¶ Crebre Crebro idem eſt quod continue vel continuo. ¶ Haud pro nō. Secus pro aliter. eadem oratione perꝙ̄ venuſte ſe habēt. ſic Ac vl' Atqꝫ pro ꝙ̄ vel quantū ponuntur. vt Haud ſecus ſentio atqꝫ tu. id eſt nō aliter ſentio ꝙ̄ tu. Et Eqꝫ pro ita ſumitur. vt Eque te laudo atqꝫ Ciceronem. i. eo modo te tanꝙ̄ vl' ſicut Ciceronē laudo. ¶ Partim aduerbium in diuerſis orationibus immediate ſe habentibus ornate ordinatur. vt Qui ciuitatibus preſunt. partim ſunt boni. partim nobiles. partim populares. ¶ Et eodem ferme pacto Alias conſtruitur. vt Homīes alias boni alias mali nunꝙ̄ eiſdem ſunt moribus. Item Homines eodem fere nati ingenio. alias rident alias vero lacrimantur. ¶ Adhuc illa duo perpolitam reddunt orationem ſibi inuicem correſpondentia. quorum alterum Non ſolū. vel non modo. aut non tantū. Alterū eſt Sed etiam verum etiam. ſed quoqꝫ hoc pacto. Non ſoluꝫ eloquentia Cicero valuit ſed etiam prudentia. Item Non tantū illicitam verum etiam horrendum facinus. N. perpetrauit. ¶ Tam et ꝙ̄ in eadem oratione pariter ſe habent vt tam

cara eſt mihi patria ꝙ̃ tibi vita iucunda. ¶ Tantiſper eſt
tam diu et per pulchre depoſcit poſt ſe dum dictionem
que ſignificat fere id quod eſt donec. Terentius in andria
Tantiſper te dici volo meū dum qđ te dignum eſt facis.
¶ Perinde ac vel atq; ſimul ſumptum valet tantum ſicut
tanquam vt Camillus perinde atq; eſſe ſapientiſſimus
omnium a cunctis venerabatur. ¶ Indies aduerbium ſi=
gnificat per ſingulos dies ſiue de die in diem. vt Tua di=
gnitas indies creſcit. ¶ Quedam ſunt aduerbia que in epi
ſtolis maxime cōgruūt et etiam a Cicerone frequentiſſimū
vſurpata ſunt ſicut ꝓpediem ꝙ̃primū pro cito ſiue ſtatim.
¶ Confeſtim id eſt ſtatim. Item poſtridie quod artis grā
matice expertes exponunt. poſt tres dies. Sed tu ne eodē
ducaris errore crede poſtridie ſignificare poſtero die. et eo
pacto. Mar. C. accipit. et alij eruditiſſimi viri. At id eſt
ſed. ¶ Si quis multa referre velit pro priore ponat pri=
mum vel primo. pro ſecundo deinde. pro tertio tum vel
preterea. pro quarto qđ raro accidit poſt hec. in calce po=
ſtremum vel poſtremo. Sit huic rei id exemplo. Tria ſūt
que mihi magnā voluptatem afferūt. primū em̄ ꝙ optimū
amicum nactus ſum. Deinde aūt ꝙ ſingularem tuā erga me

teſtificaris beniuolentiã. Poſtremũ vero ꝙ te incolumen
vel incolumũ fore intellexi. Qua in re tres inuenimus cõ
iunctiones recto atqꝫ vſitato ordine q̃ ſtꝫ. eñ. ꝟo. aũt. Sꝫ
multo plura ipſe facile cognoſces ſi Ciceronis ſcripta in
primis eius epl'is lectitabis. ¶ Ne et quidẽ ꝑticule in ea
dẽ oratiõe pulcherrime ſtꝫ ſi quis recte fuerit illis vſus ita
ſcꝫ ꝙ non ſe cõſequãtur immediate ꝟ mediate. vt Ne ꝓ tuo
ſus quidẽ iohẽs extitit. et ita in ceteris. ¶ Ablti caſus vel
cũ cõmercio ꝑpoſitionis vel ſine. vim aduerbij ſepe habẽt
vt in primis .i. principio vel principl'r. Uel ſine vt paucis
eſt paulũ vel paucũ Terẽtius in an. Ades paucis te volo
vel multis ꝓ multũ. ¶ Corã cũ accentu in vltima ſillaba
aduerbiũ eſt pulcherrimũ. ſignificãs vt ita dicã. p̃ſentialiter
vel in p̃ſentia quo frequẽtiſſime docti viri vtunꝛ vt apud.
M. T. Cupio tecũ corã iocari. Item corã tecum loquar.
¶ Poſthac ẽ poſtea. ſimiliter añhac eſt antea. Poſteaquã
eſt poſtq̃. ꝑfecto et reuera aduerbia ſtꝫ affirmandi et ſ̄cant
quãtum certe. Trifariã tripl'r. quadrifariam eſt quadrupl'r.
Plerũqꝫ vel ſepenumero eſt multotiẽs. Ferme eſt idẽ qđ fe
re. Admodũ vel ꝑquã .i. valde. Eodẽ pacto adeo accipitur
ꝓ intantũ Accuratiſſimũ eſt diligẽter. Nõ mõ ẽ non ſolũ.

Pauliſper vel parumper id eſt modicum. Magnopere
maximopere eſt diligenter. ſumopere vel ſummo opere eſt
ſumma diligentia. tanto opere eſt tanta diligentia. Quo
ad id eſt quouſqꝫ. ¶ Nudiuſtertius eſt nunc dies tertius
vt nudiuſtertius erfordiam veni. Eodem pacto nudiuſ
quartus, nudiuſquintus ſumitur. Mirum inmodum vel
maiorē in modū eſt mirabiliter. Quemadmodum eſt quo
modo. Quo pacto eſt qualiter vel quō. ¶ Extemplo eſt
ſtatim et non dicit̄ extimplo. Unde Huguicio Tim tria
deteſtor extimplo tympora ſaltim. Saltim eſt aduerbium
id eſt ſalienter Johannes venit ſaltim. Rurſum vel rur
ſus id eſt iterum. Nimirum id eſt mirabiliter. Nedum id
eſt non ſolum. Plane.i.certe. Hactenus.i.huc uſqꝫ. ¶ Im
mo ꝑ duplex m debet ſcribi. Plene.i.ꝑfecte. Pauloplus
id eſt modicum plus. Utpote id eſt ſicut. Sane.i.certe.
Perraro.i. valde raro. Sed et.i. tantum. Tametſi.i.
quāuis. Quando quidē.i.certe. Ceterū.i.inſuꝑ Quinetiam
.i.preterea. Adeo penultima correpta.i.intantum. Non
nūqꝫ.i.aliqñ. Eque.i.eodem mō. Quam id eſt inquantum.
Maxime.i.libēter. Qui.i.quomodo. Unde Terētius. Nā
antea qui ſcire poſſes dum etas metus magiſter prohibe

bat. Ubi.i. vbicunꜛ. Utut id eſt qualitercunꜛ. Non mo do. id eſt nonſolum. Nondum id eſt non adhuc. Item vbi in dictis poetarum cõmuniter valet tantum quantum po‑ ſtꜛ. ſed alias in quo loco.

## De participijs.

Et quia p̃ticipia ablatiui caſus plerunꜛ locum tenent infinitiui v̾bi. Hinc eſt illud. Saluſtij in Cathelinam. Nam priuſꜛ incipias cõſulto et vbi cõſulue ris mature facto opus eſt vnde in illa oratione. Conſulto id eſt cõſulere. Facto eſt facere. ¶ Ablatiui caſus non ſolũ p̃ticipiorum verum etiã nominũ aliorum in oratione cõcinne ſo lute ponuntur. preſertim ſi qua fuerit talis ſignificatio. de p̃ticipijs quidẽ manifeſtũ eſt vt Octauiano ceſare regnan te pax vniuerſo orbi p̃ata ẽ. Dioniſio ſyracuſano tyrannũ ſe gerente grauiſſima in ſicilia bella ſtꝙ orta. Sed eodẽ quo ꜛ modo alia quedam ſe habent noĩa maxime vero ſi di‑ gnitatum aut honorũ extiterint. vt Cornelio conſule acte ſunt fabule. Quidam addunt p̃ticipium exiſtẽte. Sed nos ꝓhibemus quod ad venuſtatẽ orationis addi oportet. Et item Scipione et galba conſulibus deuicti ſunt peni. Sci pione imperatore euerſa eſt numãtia. Et ita in alijs. ¶ Fre

tus tantum incerte originis ablatiuo iunctum eſt et ſigni ficat fere cõfiſum aut munitũ vt veſtra humanitate fretus ſum. veſtra ſapientia nõ ſolum ſed veſtra quoq̃ virtute fre tus ſp̄ fui. ¶ Participia futuri tp̄is ornatiſſime vſurpãtur vt Ad ſcipionem lrãs ſum ſcripturus. qđ eſt. Debeo ſcribe re. Tu ad edes iturus es. quaſi ire deberes. Et ſic de aliis Illa quoq̃ ꝑticipia que a paſſiuis manant verbis. paſſiue quoq̃ exponi debẽt. vt Cuius inſons eſt animus mulctan dus nõ eſt id eſt mulctari non debet. Sontes vero id eſt rei accuſandi. id eſt accuſari debent.

## De coniunctionibus.

Lurimũ etiã ſermonẽ exornat cõiunctio aduer ſatiua q̃q̃. hoc mõ. Quãq̃ oĩm amicoꝝ lr̃e mihi ſunt iucunde tue tamen ſp̄ gratiſſime fuere. Quãq̃ te ante hac diligebam mõ tamen ob ſingularẽ amorẽ ac virtutem etiam vehementer admiror. ¶ Uel cõiunctio ſicut et dictio cũ aliqua adiunxerit haud parũ ornatus affert ſi gemina ta foret queadmodũ cõiungibilia ſiꝫ plura. vt Sortes vel ſtudet vel ocio vacat. Eodẽ pacto exempla de et poni pñt. ¶ Quin ꝑticula ꝛ ſi variis modis poni poſſit pulcherrima tamen ea vtimur cum dixerimus. Non poſſum quin tibi

gratulor. Nõ poſſum quin doleam. ¶ Vel multis in locis pro etiã rectiſſime cõgruit. vt Hanibal fuit imperator vel omniũ primus. ¶ Verũ pro ſed ornatũ eſt. Ceterũ eſt pre terea. Sed quia. vel et quia. pro exquo accipit. ¶ Preterea ita vulgariſatur. yber alles das. ¶ Tametſi pro quãuis a Cicerone vſurpatũ eſt. ¶ Neu id eſt ne.

# De Prepoſitionibus.

e X vel E ꝓpoſitio perq̃ ornate ponitur loco aut vel ab prepoſitionis. Per prepoſitio addita no=minibu s vel ṽbis per cõpoſitionẽ auget et valet tm̃ quantũ valde. vt ꝑdoctus. i. valde doctus. ꝑbellũ. i. valde belluz. ¶ Ex et De ꝓpoſitiones compoſite vehemẽter amplificãt id eſt augent. vt Exoro. i. valde oro vel impetro. Terenti⁹ in and. Gnatũ vt de thoro vix q̃ exoro. i. impetro. Exem=plũ ſecundi. Deprecor. i. valde precor. Nonnunq̃ tñ etiam mutant vel minuũt ſignificatum vt dehortor id eſt nõ hortor. Aliud. Forme dignitas defloreſcit morbo. ¶ In ꝓpoſitio ꝓ erga aliqñ. vel Etiam ꝓ contra pulcerrima eſt actõ ꝓpoſita. vt Meus in te animus ſemꝑ fuit promptiſſimus .i. erga te. Mea in te beniuolentia. eſt erga te. Iuuenalis Inuehitur in Neronem. i. cõtra neronem. Cicero habuit

orationem in cathelinā.i.contra. Clam plerunq; prepoſitio eſt et nonnūq; aduerbiū ꝙ oratores p̄poſitionē potius accipiunt. Clā me.ꝑfectus eſt.i. me neſciente receſſit. Non etiā fugiat aliquē differentia inter erga et cōtra. Nam erga dicit beniuolentiam. cōtra vero aduerſitatem repreſentat. Prepoſitio per ſepe que preponi ſolet poſtponitur eadem ſignificantia manente.et in quibuſdam quidam ſꝑ que ſunt mecū tecum.⁊c.in quibuſdam autem nō ſemꝑ vt qui cum. quo de.quibus ſuꝑ.te ꝓpter. Et in his potiſſimū ea eſt prepoſitionum tranſlatio que modo numeramus.

## Sequuntur colores Unde primus.

b Uius ꝑtis prime reliquū in coloꝝ notificatione cōſumendum eſt. Quoꝝ primus eſt dictus Repetitio qui ita cauſatur. Cum continenter ab vno atq; eodem verbo in rebus ſimilibus et diuerſis principia ſumuntur .hoc modo. Uobis iſtud attribuendum eſt.vobis gratia eſt habenda. vobis res erit honori. Item Scipio carthaginem deleuit. Scipio pacem peperit. Scipio ſeruauit. Item Num iuſiurandum reliquiſti.num amicos prodidiſti.num parēti manus intuliſti.

Hec exornatio multum venuſtatis habet.tum grauitatis plurimū quare videtur eſſe adhibenda. et ad ornandam et ad exaugendum orationem, ¶ Conuerſio eſt ꝑ quam non vt ante primū repetimus verbum ſed ad poſtremum continentur reuertemur.hoc modo, Penos populus romanus iuſticia vincit.armis vincit.libertate vincit. Item Cor. lelius hic nouus erat. ingenioſus erat.bonis viris amicus erat.ergo in hac ciuitate primus erat.¶ Complectio eſt que vtramqꝫ cōplectitur exornationem vt repetatur idem primū verbum ſepius et crebro ad idem poſtremum verbū reuertatur.hoc pacto, Qui ſunt qui federa ſepe ruperunt. carthaginenſes, Qui ſtꝫ qui crudele bellum geſſere, carthaginenſes. ¶ Contētio eſt cum cōtrarijs rebus oratio conficitur.hoc mō, Cum tacito eſt opus clamas. cum tibi loqui cōuenit obmuteſcis. Item.ades abeſſe vis Abes reuerti cupis. In pace bellum queritas. In bello pacem deſideras. ¶ Sententia eſt oratio ſumpta de vita que quid ſit aut quid eſſe oportet in vita breuiter oſtendit. hoc pacto. Difficile eſt illum virtutem revereri qui ſemper ſecunda fortuna eſt vſus. Item liber eſt is eſtimandus qui nulli turpitudini ſeruit. Item egens eque eſt is

qui non ſatis habet. ⁊ is cui nihil eſſe poteſt. Sapienter cogitant qui temporibus ſecundis aduerſos caſus refor midant. Cum rõne ſententias raro interponi conuenit. vt rei actores nõ viuendi preceptores eſſe videamur. Cũ ita interponũtur multũ afferunt ornamenti. ¶ Articulus dicitur cum ſingula verba interuallis diſtinguentur ceſa orõne. hoc modo. Acrimonia voce vultu inimicos perter ruiſti. Item inimicos inuidia iniurijs perfidia ſuſtuliſti. Et hoc crebrius peruenit. ¶ Similiter cadens exorna= tio eſt cũ in eadem conſtructiõe verborum duo aut plu= ra ſunt verba que ſimiliter hiſdem caſibus efferũtur. hoc mõ. Huic omnis in pecunia ſpes eſt. A ſapientia eſt ani mus remotus. Diligentia cõparat diuitias. Negligentia animũ corrumpit. ¶ Similiter deſinens eſt cum etſi ca ſus non ſunt in verbis. tamen ſimiles exitus habentur. hoc modo. Turpiter audes facere. Nequiter ſtudes dice re. Uiuis inuidioſe. Delinquis ſtudioſe. Loqueris odio ſe. ¶ Gradatio eſt qua non prius ad ſequẽs verbũ deſcen ditur ꝙ ad ſuperius cõſcenſum eſt. hoc pacto. Nam que reliqua ſpes manet libertatis ſi illis qd libet licet. ⁊ qd li cet poſſunt. et qd poſſunt audent. et quod audent faciunt

et qđ faciunt nobis moleſtum non eſt. Item africano in duſtria virtutem. virtus gloriā. gloria emulos cōparauit. ¶ Diffinitio eſt que rei alicuius ꝓprias amplectiť poteſtates breuiter et abſolute. hoc mō. Maieſtas reipublice eſt in qua continetur dignitas et amplitudo ciuitatis. Non eſt iſta diligentia ſ auaritia. qꝛ diligentia eſt accurata cōſeruatio ſuorū. Auaricia ꝟo iniurioſa appetitio alienorum eſt. ¶ Tranſitio eſt que cū oſtendit breuiter q̄d dictū ſit ꝓponit itē breui q̄d conſequatur hoc mō. Mō in patriā cuiuſmodi fuerit intellexiſtis. Nunc in parētes qualis extiterit accipite. ¶ Occupatio eſt cū dicimus nos ꝑterire aut non ſcire aut nolle dicere id qđ tunc maxime dicemus. hoc pacto. Non dico te a ſocijs pecuniam accepiſſe. Non ſum in eo occupatus. ꝙ regna ciuitates domus omnium depopulatus es furta rapinas omnes tuas omitto. Non dico ꝙ iniuriarum ſatis mihi intuliſti. Nec vnquam vt decuiſſet ſtudio vacaſti. Hec exornatio haud parum conducit. Diſiunctio eſt cum eorum de quibus dicimus aut vtrunqꝫ aut vnūquodqꝫ certo includiť verbo. Sic. P. R. numantium deleuit carthaginem ſuſtulit. corinthum deiecit. fregellas euertit. nihil numantinis vires corporis auxiliate ſtꝫ.

nihil carthaginenſibus ſcientia rei militaris adiumento fuit. nihil corinthijs calliditas erudita preſidij tulit. nihil fregellis morum et ſermonis ſocietas opitulata eſt.

¶ Coniunctio eſt cum interpoſitione verbi et ſuperiores ꝑtes orationis comprehenduntur et inferiores. hoc pacto. Forme dignitas aut morbo defloreſcit aut vetuſtate.

¶ Adiunctio eſt cū verbum quo res comprehenditur non interponimus. ſed et aut primum aut poſtremum collocamus. primum hoc modo. Defloreſcit forme dignitas aut morbo. aut vetuſtate. poſtremum ſic. aut morbo aut vetuſtate forme dignitas defloreſcit. ¶ Conduplicatio eſt cum ratione amplificationis aut cōmiſerationis vnius aut pluriſmorum verborum fit ite ratio hoc pacto. Cōmotus non es cum tibi mater pedes amplexaretur non es cōmotus. Item nunc etiam audes venire in horum conſpectum proditor patrie proditor inquā patrie venire audes in horum conſpectum. vehementer commouet eiuſdem verbi reingratio. ¶ Interpretatio eſt que non iterans idē redintegrat verbum. ſed illud commutat quod poſitum eſt alio verbo quod idem valeat. hoc pacto. R. P. radicitus euertiſti. Ciuitatem funditus deieciſti. Item patrem

nefarie verberaſti·parenti ſcelerate manus intuliſti. ¶ Cir cuitio eſt oratio rem ſimplicem aſſumpta circūſcribens elo cutione. hoc mō. Scipionis prouidētia carthaginis opus perfregit. Nam hic non niſi ornandi ratio quedam eſt ha bita. Scipio em̄ potuit et carthago ſimpliciter appellari. Hec ſunt fere que dicenda videbantur de verborū exorna tionibus. nunc rea ipſa monet vt deinceps ad ſententiarū exornationē tranſeamus. ¶ Diſtributio eſt cum in plures res aut perſonas negotia diſpartiuntur. hoc modo. Se natus eſt officium conſilio ciuitatem iurare. Magiſtratus eſt officium opera et diligentia conſequi ſenatus volunta tem. Populi eſt officiū res optimas et homines ydoneos maxime ſuis ſententijs diligere et probare. Accuſatorum officium eſt inferre crimina. Defenſorum officium eſt dilue re et pulſare. Teſtis eſt dicere que ſciat aut que audierit. Hec eſt ornatio copioſa. cōprehendit em̄ breui multa. et ſu um cuiqꝫ tribuit officium et res diuidit plures. ¶ Diminu tio eſt cum aliquid ineſſe nobis aut his quos defendimus. aut natura. aut fortuna. aut ab induſtria dicimus egregiū quod ne qua ſignificetur arrogans oſtentatio diminuitur

et attenuatur oratione. hoc mõ. Nã hoc pro meo iure dico
me labore et induſtria curaſſe. vt diſciplinã militarem non
tenerẽ in poſtremis. hic ſi dixiſſet vt optime teneret tamet
ipſi verũ dixiſſet. tñ arrogans viſus eſſet. ¶ Diuiſio ẽ que rẽ
ſe mouẽs a re vtrãq; abſoluit rõne ſubiecta. hoc mõ.. Cur
ergo nũc tibi obijciã quicquã ſi ꝓbus eſt nõ meruiſti ſi im
probus non cõmoueris. Itẽ due res ſt; q̃ poſſunt hoĩes ad
turpe cõpendiũ cõmouere inopia atq; auaricia. te auarũ in
fraterna diuiſione cognouimus. Inopem atq; egentẽ nũc
videmus. ¶ Exemplũ eſt alicuius facti aut dicti p̃teriti cũ
certi autoris nomine ꝓpoſitio. Id rẽ ornatiorẽ facit cũ nul
lius rei niſi dignitatis cauſa ſumatur, aptiorem cum id qd
ſit obſcurius magis dilucidum reddit. probabiliorem cum
magis veriſimilem facit. ante oculos ponit cum exprimit
omnia dilucide. ¶ Affectio eſt cum effingitur aut exprimi
tur verbis corporis cuiuſpiam forma quo ad ſatis ſit intel
ligendum. hoc modo. Hunc iudices dico rubrum breuem
incuruum ſubcanum cui ſane magna eſt in mento cicatrix
ſi quo modo p̃t vobis in memoriã redire. h; hec ornatio tũ
vtilitatem ſi quẽ demonſtrare velis. tum venuſtatẽ ſi breui
ter et dilucide facta eſt. ¶ Breuitas eſt res ipſis tantum

modo verbis neceſſariis expedita. hoc mō. Marcus cōſul quondam tribunus. deinde primus erat ciuitatꝫ. tū ꝓficiſci tur in aſiam. poſtea hoſtis et exul eſt dictus. poſtea impa tor. poſtremo cōſul. Habet paucis comprehenſa breuitas multorū expeditionē. quare adhibenda ſepe eſt cū tempus nō ſinet cōmorari. ¶ Quantū ad ſecundum huius operis principale de epiſtolarū ꝑtibus moderno more vſu venien tibus dicendū eſſe videtur et primum de perſonarū deter minationibus qūo pontifici maximo ſcribemus pontifi cem maximum. patrem patrie. patrem clementiſſimum. pa trem beatiſſimū ſanctiſſimumqꝫ dicemus. ¶ Archiepiſco po cardinali patriarche. Reuerendiſſimo miſericordiſſimo glorioſiſſimo patri. Eodē pacto ſcribemus legato. ¶ Epi ſcopo vel Abbati maiori ſcribitur. Reuerendo in criſto pa tri. Simplici vero clerico. Dilecto prudenti diſcreto. ſed melius honeſto ſacerdoti domino. N. capellano Eccleſie ſancte Marie virginis erfordenſis. Abbas monachis ſic ſcribit. Dilecto in xp̄o filio. N. Capellanus epiſcopo econ tra Venerabili in xp̄o patri. Heremite et cōuerſo Dilecto fratri adinuicem ſcribunt. vt Dilecto in criſto fratri et ami co precipuo Jacobo Arden carmelite fratri ſinceriter dili

gendo. ¶ Ad Imperatores ſcribemus. Illuſtriſſimus in
uictiſſimus Auguſtus ſacratiſſimus ſereniſſimus ſemper
auguſtus. Eodem pacto ad ceteros Reges ſcribemus.
¶ Ad Marchionem ſiue palatinum. Magnum ducem
Lantgrauium Illuſtris illuſtriſſimus ſi ſupereminens fue
rit ſcribemus. ¶ Comiti vero maiori. Magnificus egre-
gius ſcribemus. Ad Comitem minorem Baronem ſcribe
mus. Splendidiſſimo generoſo magnifico. Si vero in ar
mis claruerit. Strēnuiſſimo dicemus. ¶ Ad mediocres
ſcribemꝰ. Sollicitus induſtrioſus ſolers. ſic. Solerti do
mino Joanni de Kyndſperck. Ciues vero ceteroſq; No
biles ſimplices ac Prefectos. Spectabiles validos gra-
tiſſimos vocemus. ¶ Sed Milites ſtrēnuos dicamꝰ. Ce
teros vero quoſlibet ſeculares. Attentos diligentes obſe
quētes fideles dicemus. ¶ Ad theologos. Rerum diuina-
rum interpretes homīes diuiniſſimos omniū diuinarum
humanarumq; rerum interpretes ſpectatiſſimos dicemus
¶ Canoniſtis. Pontificij iuris vel diuinarum litterarum
interpreti digniſſimo ſcribemus. ¶ Legiſtas vero iuris
conſultos integerrimos iuſtiſſimos appellamus. Huma
narū rerum intepreti integerrimo iohanni noſtrorum tem

porum cõſultiſſimo. ¶ Medicos accuratiſſimos expertiſ
ſimos diligentiſſimos promptiſſimos vocemus. ¶ Phi
loſophos modeſtiſſimos virorum optimos ſapientiſſi-
mos nominamus. Mathematicos ſapientes perſpica-
ces vocamus. Dyalecticos ſubtiles acutos ſemper perſpi
cuos. Grãmaticos litterarie artis eruditiſſimos doctiſſi-
mos bene moratos dicemus. Oratores facundos diſer-
tos limatos expolitos latino eloquio ornatiſſimos gra-
ues et in dicendo eloquentiſſimos. ¶ Magiſter diſcipu
lo. Optime indolis adoleſcentulo. A. diſcipulo ſuo di
lecto. vel ſic. In primis Studioſo et benemorato iuue
ni. A. obſeruantiſſimo caro diſcipulo ſuo. Studens ad
ſtudentem ſic ſcribit. Latinarum litterarum ſtudioſiſſimis
adoleſcẽtulis ſiue adoleſcentibus ſuis A et B. cõdiſcipu
lis ſuis. vel ſic. Litterarij ludi vigilantiſſimis adoleſcen
tulis ſuis ſalutem dicit plurimam. Ad neceſſarios Pa-
rentibus et patruis venerabilibus. Auis et auunculis ho
norandis et metuẽdis viris. Pater autem et patruus filio
vel nepoti. Dilecto filio vel nepoti ſcribunt. Uir vxori. Ca
ſtiſſime mulieri. A. cariſſime ac lepidiſſime coniugi ſue. Ux
or viro. Amantiſſimo vl' ſuauiſſimo chariſſimoue ſcribere

debet. ¶ Et illud notandum ꝙ mulieribus ſecularibus ſcribende ſunt determinationes virorum ſuorum. genere grāmaticali duntaxat variato. vt generoſe comitiſſe. vnde ponendo ꝙ dux thuringie reginā aliquā duxerit ſcdm̄ rigorem artis debet ei ſcribere duciſſe et nō regine. ¶ Abbatiſſe venerabili ſcribemus. Magiſter ꝓo prioriſſe ſiue officiali Venerabili. Ceteris āt monialibus illa determinatio ꝟtuoſa attribuit. ¶ Salutationū alia lōga alia breuis alia ſubintelleta. Lōga eſt ſupſcriptionis vel ſubſcriptionis vel ſupraſcriptionis vna cū affectu cum appoſiti ſubintellectōe aggregatio. Appoſita ſubiecta ſꝫ. Mandat mittit vel dicit. et omittunt̄ frequenter ornatus cā. Salutatio breuis eſt salutꝫ vel alicuius loco ſalutis adoptatio. Salutatio ꝓo ſubintellecta ē expreſſio ſolius determinationis cum aliquo ꝑdicato cōi vocatiuo. vt Reuerēdiſſime pater. ¶ Supſcriptio ē manifeſtatio pſone mittētis vel pſonarū mittentiū ſuperioris gradus. Et debet habere nomē mittentis dei gratia pticulam. Et hoc fieri debet ſi ſcribunt prelati et nobiles ſuperiorū graduū. ꝑ diuina gratia ſcribūt cardinales loco dei gratia. Etiā debet habere meritū generaliter et loci vel locorū ſpecificationē. ꝑ papa poſt nomen ſcribit.

Seruus ſeruorū dei tm̄. Imꝑator vel Rex romanoꝝ addit illā ꝑticulā.ſꝑ auguſtus poſt meritū. vt Sigiſmundus romanorū rex ſꝑ auguſtus. Notandum ꝙ papa ſuperſcribit ſe reſpectu omnium. ¶ Prima regula generalis. Imperator ſupſcribit ſe reſpectu omnium. Et nobiles ſuper ſcribunt ſe ſuis inferioribus. ¶ Secunda regula. Omnis dominus ſuis ſubiectis ſe ſuperſcribit. ¶ Tertia regula. Prelati et nobiles mediorū graduū perſonis inferiorum graduū ſe ſupſcribunt. ¶ Quarta regula. Oīs ſupſcriptio debet fieri in ntō. vnde. Scribens ſit rectꝰ cui dat ſalus quoqꝫ cā. ¶ Subſcriptio eſt reſeratio ꝑſone mittentis vel perſonarū mittentiū inferioris gradꝰ Subſcriptio habebit nomē ꝓprium mittentis meritū loci vel locorum ſpecificationem. Notandum ꝙ prelati et nobiles ſupremorum graduum ſubſcribentes ſe omittunt illam clauſulam. dei gratia. que ſupra in ſuperſcriptione. excipiuntur reges et epiſcopi ſubſcribentes ſe reſpectu principum non ſubiectorum. Patet de Rege anglie ſcribente Regi francie et de Archiepiſcopo ſcribente epiſcopo. ¶ Vñ nota prima regula. Oīs equalis reſpectu equalis ſubſcribit ſe. ¶ Secunda regula. Omnis inferior ſubſcribit ſe reſpectu ſui ſuperioris.

¶ Tertia regula oīs ſubſcriptio ponenda eſt in noīatiuo.
¶ Supraſcriptio eſt manifeſtatio eius vel eoꝝ cui vel qui bus lrē diriguntur. Supraſcriptio debet habere determi natione̅ ꝓpriam illius cui mittuntur lrē meritum eius loci vel locorū ſpecificatione̅. In xp̄o patri ſcribit̄ p̄latis ſupre mi et mediȷ gradus. In xp̄o patri ſcribit papa cardinali bus.archiepiſcopis.et epiſcopis. Filio ſcribit papa oībus aliȷs.principi ſcribit̄ nobilibus ſupremi gradus. Comiti baroni vel militi ſcribit̄ illi q̄ eſt talis. Sʒ viro ſcribitur oī bus.aliȷs. Notandū primū ꝙ papa ſcribit oībus xp̄i fide libus hanc determinatōm. Dilectus.excipiunt̄ cardinales archiepiſcopi et ep̄i q̄bus papa ſcribit hāc determīatione̅ Venerabilis. Exemplū primi. Dilecto in criſto filio. N. Exemplū ſecundi. Venerabili in xp̄o patri. ¶ Sciendum iſti octo termini ſcʒ patri fratri filio principi comiti baro ni militi viro.dicuntur predicata cōmunia et immediata. Cōmunia quia pluribus cōueniunt.immediata quia ſemꝑ aliquid ſequitur immediate determinatione̅ vt illuſtri prin cipi.venerabili in xp̄o patri.dilecto filio. ¶ Tertio ſciendū ꝙ iſti tres termini comiti baroni militi licet ſint predicata cōmunia et immediata.nihilominus tamen etiā includunt

merita. Domino dño ſcribitur prelatis et nobilibus ſupre mi gradus et mediȷ̃. Domino ſcribitur militi. p̄ſpitero gra duato. Fratri ſcribitur fratribus de ordine mendicantium ¶ Notandū q̄ iſti termini. domino domino. dicuntur pre dicata cōmunia mediata. quia inter determiationem eorū aliquod ponitur predicatum immediatum. vt Venerabili in criſto patri ac domino dño Roperto diuina prouiden tia Epiſcopo Ratiſponēſi domino ſuo gratioſo. Diuina clemēti a ſcribitur Archiepiſcopo poſt nomen ꝛ meritum et tunc ſpecificatio loci demū captatio beniuolentie ſi pla cet. Ceteris ꝓo principibus ſcribitur. Dei gratia. loco co gnominis. Illuſtri principi dño dño Alberto marchioni dei gratia Burggrauio Nurmbergenſi dño ſuo gratiſſi mo. Notandū q̄ in noīe caſtrorū frequēter includitur me ritum nobiliū infimi gradus. vt Valido viro de Blaſſen berck. Sacroſancte romane eccleſie ſummo pontifici ſcri bit̄ pape. vt Sanctiſſimo in xp̄o patri ac dño dño paulo diuina miſeratiōe ſacroſancte romane eccleſie ſummo pon tifici. ¶ Notandū q̄ iſta aggregata. ſummo pontifici et ſp auguſto. dicuntur predicata ſpetialiſſima. quia primū ſoli pape conuenit. ſecundū vero ſoli imꝑatori. vel romanorum

Inc. k. dd 3-4

mus cuiuſlibet menſis dies kalende nominantur ſequẽtes aliquot dies none dicuntur. deinde aliqui dicuntur idus. poſtremum dicuntur kalende. vt cuilibet kalẽde. vt cuilibet kalendarium intuenti facile patere pñt. Et hoc modo ponitur in lris quarto nonas februarij tuarũ litterarũ monimẽta ad me delata fuere. Itẽ ſexto kalẽ. mar. in domũ petrus ſe recepit. ita in alijs. Si aũt ꝑ genitiuis menſiũ. eoꝝ poſſeſſiua noĩa ſinxerimus longe venuſtius dicemus. Ut ſep. idus apriles ꝑ aprilis. iij. nonas martias pro marcij. quarto kalen. februarias. pro februarij. Et tantũ de illa materia. ¶ Quoniã meus habet genitor tui amantiſſimus preclare germani mei nuptias magno cũ apparatu celebrare te orat vehemẽter et maximopere deſiderat eas ipſas tua dignitate illuſtrare velis et honeſtare. et vna cũ ceteris ꝑlatis doctoribus in cena diſcumbere hoc eñ ſibi ornatiſſimum ꝑſuadebit. Et hoc ſuo de felici ſucceſſu ac ipſi cõgaudere. et vt amicorũ officium eſt tibi cõmunem hanc fortunam arbitrari queãdmodum nos oẽs pro noſtra in te veteri ac ſumma beniuolẽtia tue cõgratulamur voluntati Uale. ¶ Cur eñ tibi non gratificet neſcio preſertim cũ his temporibus audatia ꝑ ſapientia liceat vti. Lentulo noſtro egi per lrãs

tuo noīe grās . Sed tu velim deſine iā noſtris lrīs vti et
nos aliqñ reuiſes et ibi malis eſſe vbi aliquo numero ſis q̄ꝫ
iſtic vbi ſolus ſapere videaris. Quāqꝫ q̄ iſtinc veniūt ꝑtim
te ſuꝑbum eſſe dicunt ꝙ nihil reſpondeas ꝑtim cõtumelio
ſum ꝙ male reſpondeas.ſed iam cupio tecū coram iocari.
quare fac vt q̄ꝫ primum venias nec in apuliam tuam acce
das vt poſſimus ſaluū te veniſſe gaudere.nā illo ſi veneris
tancꝫ vlixes cognoſces tuorū neminē.vale. ¶ Paulo tribu
no qui in tua ꝓuincia magna negotia et āpla expedita hꝫ
multos annos vtor valde familiariter Is cum antea ſp̄ et
ſuo ſplendore et noſtra ceterorūqꝫ amicoꝝ cõmendatione
gratiſſimus in prouincia fuit.tamen hoc tp̄e per tuū in me
amorem noſtramqꝫ viciſſitudinem vehementer cõfidit.his
meis lrīs ſe apud te gratioſam fore.que ne ſpes eum fallat
vehemēter rogo te cõmendoqꝫ tibi oīa negotia eis liberos
ꝓcuratores familiam in primis vt que apius de eius re de
creuit ea cõꝓbes omnibuſqꝫ rebus cum ita tractes vt in
telligat meam cõmendationem vulgarem fuiſſe.vale.

## De vtilitate facta pro ami co. C. ſcribit Apio.

E meo ſtudio erga ſalutem et incolumitatē tuā credo te cognoſcere ex lris tuorum quibus me cumulatiſſime ſatiſfeciſſe certe ſcio. Nec his cōcedo quāq̄ ſint ſingulari in te benificētia vt te saluū maluerint q̄ ego. illi mihi neceſſe eſt cōcedant vt tibi plus q̄ ipſi hoc tpe prodeſſe poſſim quod quidem nec deſtiti facere nec deſiſtā et iam in maxima re feci et fundamentum ieci ſalutis tue fac bono animo magnoq̄ ſis meq̄ tibi nulla re defuturū eſſe confidas. vale. ¶ Graui teſte priuatus ſum amoris ſummi erga te mei patre tua clariſſimo viro qui tum ſummis laudibus tum vno te filio omnium fortunam ſuperaſſet ſi ei contigiſſet. vt te añ videret q̄ vita diſcederet. ſed ſpero noſtram amiciciam non egere teſtibus tibi patrimonium dij fortunent me certe habebis cui eque carus ſis et iucūdus ac patri fuiſti. vale cariſſime.

# De honore amici acquiſito

Ibi vna pluriū voce clariſſima pfertur q̄ laudem in ea vrbe cui prees vendicabis. Idcirco tibi gratulor q2 proſperius tibi q̄ alijs eius oppidi pretoribus acciderit. quali aūt fortuna ſint res noſtre ne epiſtola quidē audeo narrare tibi ne in manus hoꝝ quos nolemus perueniat verū id ſolum aſſerere valeo q̄ ſtatus noſtre ciuitatis

adeo et debilitatus et extinctus eſt. vt nihil eam ita o ppꝛeſ ſam liberet niſi tua virtus. que eſt ſita in plurimoꝛū conſpe ctu. vale. quod ſepe debet ſcribi. Si attente conſideremus monimētis li tterarū multū debemus quibus diuerſe cau ſe inſint iucunditates. viſa eſt hec mihi potioꝛ. vt certioꝛes fatiamus abſentes. ſi quid noſtra aut ipſoꝛum eos ſcire in terſit. tum etiam eruditis epiſtolarū facecijs. inter ſe locari licebit vt animus anxietatibꝰ implicitus que quotidie eue niunt recreetur. eternū hoc litterarū genere mognopere de lectoꝛ. quam ob rem rogo ſepe vt eo vtare. Vale)

Iſagogicus libellus cla // riſſimi viri ac preſtantiſſimi Philoſophie doctoꝛis. Auguſtini Dati Senenſis de varijs loquendi figu ris. ſiue de modo ſcribendi. explicit feliciter. Impreſ // ſus Lyptzck per wolfgangum monacenſem Anno humane redemptionis 1497.

Bibl. Jag.

BIBLIOTHECA VNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS

Biblioteka Jagiellońska
stdr0006533

Aug. Datus, De arte dicendi, Lipsiae 1497.